



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Capvt I. De tempore nativitatis Christi secundum carnem, & De Heorde
alienigena.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968



D. HAYMONIS
EPISCOPI HALBERSTADENSIS,
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

*De tempore natiuitatis Christi secundum carnem,
& De Herode alienigena.*

IESVS CHRISTVS Dominus ac Saluator, sexta mundi ætate in *Bethleem*, Iudæ oppido, nascitur, imperante apud Romanos *Augusto Cæsare*, apud Iudæos vero regnante *Herode alienigena*, & externi generis viro. Hic autem *Herodes*, sub quo natus est Dominus, ad differentiam *minoris*, sub quo passus est, *major Herodes* fuisse intelligitur: secundum *Iosephum* ex parte patris *Idumæus*, secundum *Africanum* vero filius cuiusdam *Antipatri*, quondam ab *Idumæis* latronibus capti, & eorum latronum vita & moribus instituti: de quo natus hic *Herodes Iudæorum* regnum sic obtinuit.

CAP. II.

Qualiter ad regnum peruenit Herodes.

CUM oppugnasset *Pompejus Hierosolyma*, & accepisset, & *Aristobulum* Regem & Pontificem *Judæorum*